



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicæ

Schnorrenberg, Anno

Coloniae, 1740

§. 1. De Nominibus Eucharistiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62040](#)

§. Primus.

D E

Nominibus Eucharistiae.

Quæres Primò. Quibus nominibus hoc Sacramentum appellatur?

R. Sequentibus: Dicitur enim 1^{mo} Eucharistia. *Can. multi.* 84. *caus.* 1. q. 1. 2^{do} Panis & Calicis Sacramentum. *cit. Can. multi.* 3^{ti} Mysterium fidei. In *Canone Missæ.* Magnum & pavendum mysterium. *Can. quid sit.* 73. *de Consecrat.* *dift.* 2. 4^{to} Mysterium unitatis. *Cap. firmiter.* 1. §. *una verò de Sanctissima Trinit.* 5^{to} Communio, unitatis signum, vinculum charitatis, concordiae symbolum, Panis supersubstantialis, animæ vita, perpetua sanitas mentis, Panis Angelorum. *Trident. Seff. 13. cap. 8. de Eucharistia.* 6^{to} Perpetua redemptiōnis oblatio. *Can. quia Corpus.* 35. *de Consecrat.* *dift.* 2. 7^{ti} Hocstia salutaris. *Cap. sanè.* 10. *de Celebrat.* *Missar.* 8^{vi} Sacrificium. *Cit. cap. firmiter.* 9^{no} Cœna. *Gloss. in cit. cap. firmiter.* 10^{mo} Missa. *Cap. Presbyterum.* 2. *de Clerico agro-* tante. 11^{mo} Viaticum. *Cap. quod in te,* II. *de Pœnit.* & *remiss.*

Quæres secundò. Unde vocatur Eucharistia?

R. Ab eu, quod est bonum: & charis, quod est gratia: hoc est: bona gratia. *Gloss. in Clement.* 1. *de Privileg.*

Quæres tertiò. Quare appellatur bona gratia?

R. Quia Salvator noster discessurus ex hoc mundo ad Patrem in hoc Sacra-

mento divitias divini sui erga homines amoris effudit. *Trident. Seff. 13. cap. 2.* Ut præcipuum & insigne memoriale sui amoris eximii, quo nos dilexit, esset nobis hoc præcelsum & venerabile Sacramentum: memoriale mirabile ac stupendum, delectabile, suave, tutissimum ac super omnia pretiosum. *Clement. unic.* *de Reliq. & Veneration. Sanct.*

Quæres quartò. Quare dicitur Panis ac Calicis Sacramentum?

R. "Quia Panis est in Altari usitatus", ante verba Sacramentorum: ubi ac, cessit consecratio de Pane fit caro Christi. *Can. Panis.* 55. *dift.* 2. *de Consecrat.*

Quæres quintò. Quare est mysterium fidei?

R. Quia aliud videtur, aliud intelligitur: quod videtur speciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet Spiritualem. *Can. quid sit Sanguis.* 73. *de Consecrat.* *dift.* 2.

Quæres sextò. Quare mysterium unitatis nominatur?

R. 1^{mo}. Quia in hoc Sacramento accipimus nos ipsi de suo, quod accepit ipse Christus de nostro. *Cit. cap. firmiter.* *de S. Trinit.*

R. 2^{do}. Quia Christus in Ecclesia reliquit hoc Sacramentum tanquam symbolum ejus unitatis & charitatis, quâ Christianos omnes inter se conjunctos

&



§. primus. De Nominibus Eucharistiae. 275

& copulatos esse voluit. *Trid. Sess. 13. in prœm.*

Quæres septim. Quare synaxis vel communio nuncupatur?

R. Quia communicatione hujus Sacramenti copulamus in uno illo corpore, cuius Christus caput existit, cuique nos tanquam membra æctissimâ Fidei, Spei, & Charitatis, connexione adstricatos esse voluit. *Trident. cit. cap. 2.*

Quæres octav. Quare Viaticum dicitur?

R. Quia omnibus decedentibus ex hac vita ad iter æternitatis velut Viaticum conceditur. *Cap. quod in te. II. de Pœnit. & remiss.*

Quæres nono. Quare Hostia appellatur?

R. Quia in una Ecclesia Catholica hoc Sacramentum vera Hostia redemptoris immolatur. *Can. quia. 22. caus. 24. q. 1. de qua canit. Gloss. in cap. sanè. IO. de Celebrat. Miss.*

Salve lux mundi, Verbum Patris,
Hostia vera,
Viva caro, Deitas integra, verus
homo.

Quæres decim. Quare nominatur Sacrificium?

R. "Quia sicut se Christus pro nobis „per passionem & mortem suam accep- „ptabile sacrificium Deo Patri obtulit, „ut ipse esset Sacerdos, qui & sacrifici-

, cium. *Can. Sacerdos. 89. de Consecrat. dist. 2.* Ita in confectione hujus Sacramenti idem ipse Sacerdos est & sacrificium. *Cit. cap. firmiter.*

Quæres undecim. Cur cœna dicitur?

R. Quia postquam in cœna ultima typicum Pascha fuit completum, & agni carnes Christus cum Apostolis comedit, assumplit Panem, & ad verum Paschæ transgressus est Sacramentum. *Can. accipite. 88. de Consecrat. dist. 2.* In hac cœna fuit Dominus JESUS ipse Conviva & convivium, ipse comedens, & qui comeditur. *Can. nec Moyses. 87. de Consecrat. dist. 2. ubi Gloss.*

Rex sedet in cœna, turbâ unitus
duodenâ,
Se tenet in manibus, se cibat ipse
cibus.

Quæres duodecim. Quare Missa vocatur?

R. Quia in hoc Sacramento à Patre nobis mittitur Filius DEI, Missus cœlestis. De quo in cit. *Can. quid sit San- guis. de Consecrat. dist. 2.* "Quis fidelium „dubium habere possit in ipsa immola- „tionis hora ad Sacerdotis vocem cœ- „lum aperiri? In illo JESU Christi my- „sterio Angelorum choros adesse? sum- „ma & imma Sociari, terrena cœlestibus „jungi, unum ex invisibilibus atque „visibilibus fieri.

§. Secundus.

D E

Ratione - Sacramenti.

Quæres prim. An Eucharistia Sa-
cramentum?

R. Commune hoc Sanctissimæ Eucha-
ristiæ cum cœteris Sacramentis est, quod
Mm 2 fit